

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

Sánchez, Francisco

Schoppe, Caspar

Perizonius, Jacobus

Franequera, 1687

Praefatio ad lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](#)

P R Æ F A T I O
A D
L E C T O R E M .

FIdem meam ad alia, quam quæ nunc præsto, dum tibi obligatam agnoscō, Amice Lector; sed quam ut liberem tandem ac repræsentem, brevi jam, si fata Deusque siverint, seriam ac diligenter dabo operam. Interim mihi aliud licet agenti, tu tamen, si videtur, pauxillam jam nunc des operam, & hoc, quod te volo, agas, etiam atque etiam rogo. Eventit, ut Bibliopola noster in officinam remittere decerneret hanc Franc. Sanctii, Viri Eruditissimi, Minervam, librarijs in tabernis dudum jam desideratam; & mecum scedula age ret, ut si quid hujus generis haberem, quod ad eam quacunque accessione locupletandam pertineret, sux, quam parabat, editioni adderem. Non abhorrebam ab hac cura, siquidem in mundo mihi esse arbitrabar, quæ ad illustrandam, vel etiam castigandam alicubi hanc Minervam facere videntur. Nec abs re, aut à Professione nostra alienum censem, si hujusmodi provinciam susciperem administrandam, qualēm ante me Complures Viri, sanguinum Egregii, & omnis Eruditionis laude cumulatissimi præclare gessērāt; quos inter, ut Comitem illum Claravalle, Gasp. Scioppium, præcipuum Sanctii nostri discipulum, aliosque taceam, familiam suo jure ducit clarissimum illud consummatæ in hoc genere euditionis, & stupendæ industrie exemplar, Gerh. Joh. Voßius; neque ut tempore, sic ordine aut loco postremus haberi debet, qui etiamdum viget ac floret, Gallicano sermone Scriptor Novæ Methodi Græcæ Latinaeque Linguae facilius felicisque addiscendæ, Anonymus quidem, sed quem vel sic scimus esse Benedictini Ordinis, juxta Mabillonum, maximum decus atque ornamentum. Horum vestigia licet impari sepe passu legere, & exemplum sequi, quid aliud, quam decorum esse queat homini, qui ceteroqui tantis Viris, veteranisque adeo scri-

P R A E F A T I O.

scriptoribus adscribi aut conferri ipse nolit? Sed nec e re nostra existimabam invalescere illam opinationem, qua, qui Singularium rerum locorumque Observations, Animadveriones, s^epe & Emendationes, ut vocant, Criticas, sibi inter legendum antiquos Auctores natas, edere & publicare malunt, quam repetita toties jam omnibus in disciplinis Systemata, nunquam aliis eandem licet studiorum sectam amplexis, placita, aut placitura, qua illi, inquam, traducuntur ideo per ora hominum & proscribuntur tanquam ab omni systematica doctrina alieni, vel quod eam fastidiant, vel potius, quia vix credibile est, quenquam in docendis artibus & disciplinis eam ex animi sui sententia aversari & repudiar^e, quod augusto eam pectore capere nequeant, atque ita sua sibi jubeant habere, vulpeculae in modum, qua quod percipere suis non valebat viribus, verbis elevabat. Neque tamen nos nunc quidem Systema aliquod heic damus, ne pro eo obtrudere me censes hanc opellam; sed damus tamen perpetuas pene observations ad Librum, quo ipse ejus Auctor suam Grammatices Latina Epitomen uberiorius explicuit, causas Linguae investigavit, & omnia multis rationibus confirmare studuit. Atque adeo Systematica, maximam certe partem, sint oportet, quae hic ab ipso illo Auctore, quaeque ad eum iu Notis disputantur, Grammaticam rerum locutionumque naturam & causas indagantia. Rectius forte fecissem, &c., ut vere dicam, factum jam pene mallem, ut ex meis ipse Annotationibus, qualecunque ille sint, unum aliquod confruxissem corpus, à quo superflua omnia, & aliena abscent. Sed aliter res rationesque meæ nunc quidem tulerunt. Nam cum primum ad dandam hanc Minervæ Sanctianæ operam invitarer, non licuit profecto per varias occupationes integrum & per omnes suas partes simul eam explorare, priusquam manus commentando admoverem: neque arbitrabar, toties me ab ejus Auctore in alia omnia abituru, ut quam curiose jam olim legissim, & maximo probavissim opere. Præterea sic semper existimavi, consultius esse literis & studiis omnibus, quæ jam copia potius, & multitudine librorum, quam inopia laborant, si bene à prioribus edo-

P R A E F A T I O.

Iata iterum incidi reddantur, & adspersis hinc inde animadversionibus expoliantur, quam si nova ejusdem argumenti opera identidem in publicum protrudantur, que plerumque, quicquid in iis adfábre factum, alienè seu priorum debent dolabré, sed quorum hac ratione memoriam prorsus, contra quam oportebat, intercipiunt. Verum, ut sit, quum in rem præsentem venissim, & singula, prout magis minusve festinabant operæ, per partes suas considerarem, usu ipso deprehendi, nimium quantum in plurimæ mea sententia ab antiquioribus Grammaticis secessisse Sanctum, rejiciendo, que jam in veterata usu, & satis commode olim inventa mihi quidem videbantur. Quod tamen non ita accipi velim, ac si vitio id Sancto vel cuiquam verterim, quod non mordicus tenerit superiorum præcepta, seu quod ea ad Genium & Usum Linguae Latine cum cura exegerit, aliasque, quam illi dederant, rationes causasque locutionum exquisiverit, & invenerit. Qui hoc ingenio sunt, præclare illi plerumque studiis & disciplinis, quas pertractant, meo quoque judicio, consulunt. Neque vero conveniret, me insimulare alium ejus culpæ, cuius ipse me adfinem, si qua ea esset, fateri deberem, aut si id gravarer, præsentibus documentis argui possem. Nam multâ fine dubio nove, uti nunc sunt, & forsitan etiam paradoxe disputata hic à me & tradita repertæ, sed que pleraque omnia eo tamen studio & eo argumentorum pondere putem probata, ut vix hæsitationi locus superefessus queat. De *Participiis*, ut veris Nominibus, atque ideo *Accusativum Casum* per se neutiquam regentibus in Lingua Latina, si quis refragetur, minime id mihi mirum, aut præter omnem expectationem accidet, quum in vernaculis Linguis aliter sane se res habere videatur, & facile crediderim ipsos Græcae Latineque antiquos Scriptores, non animadversa constructionis Participiorum cum Accusativo prorsus frequentissima natura, sicuti id eos sæpe & alias non fecisse variis exemplis clarissime, ni fallor, passim docui, non aliter ergo ipsos existimasse, quam ab istis vocalibus proxime hunc casum flagitari; atque ideo eam *erratatem* magis magisque illo animi sensu frequentasse. At nos hic

PRÆFATIO.

hic præmigeniam singularum constructionum naturam, & sic frequentati deinceps Uſus, licet ſepe in Abuſum, ut exemplarier rebus iſpis declaravimus, degenerantis, originem eo Linguæ genio primisque initii erucere pro virili, & protrahere ſtuduimus, ſicuti id vere nostri eſe muneris, ſuceptis hiſce partibus, judicabamus. Ea vero gratia non tam Priftianum aut æquales ſemper excuſſimus, (nec enim per temporis anguiſtas potuimus) ſed rationem iſpam uſu vetuſiſimorum, Plauti, aliorumque ſubnixam maxime adhibuimus, noſtraque unice Adverſaria ſeu ſcrinia noſtro modo & jure compilavimus. Ceterum dum mihi Typographum quaſi Modimperatorem quendam conſtitui ſum paſſus, ſepe ſubitaria opera effundi debuit, quod ultimam adhuc liſtam, & intenſiore curam deſideraſſe iſpſe poſtea deprehendi. Unde adeo factum, ut aliquando de iſdem rebus aliter atque aliter diſſeruerim, dum, ut fit, ſecundis & repetitis curiſ perſpexiſſe me credidi ea, quæ priuſ necdum plane pvideram, vel certe non ita acceperam, ſicuti deinceps ſine ulla haſitatione explicanda cefui. Hujuſ generiſ ſunt, quæ de Verbiſ Impersonalibus, & Neutriſ contra Sanctiū, procedente opere, aliquantum aliter & certiore animi noſtri adſenſu, quam antea, diſputaviſſimus, ſicuti collatiſ inter ſe lociſ, in indice notatiſ, facile cuiviſ patebit. Sed & ex eadem festinatione, quam officina ſubinde indicebat, factum, ut eandem rem jam alibi prolatam, denuo, quaſi nusquam antea traditam, memoraverim, id quod, dum omnia raptim perluiſtro & relego accidiſſe mihi comperi pag. 19. & 584. in eruenda utrobiue origine & vera ſignificatione vocabulorum Ara & Anſe. Ceteroqui vero, quantum poſteſt, effugere ſtudui omnem τανιολεγιαν, & ſuperfluam verborum copiam, idque adeo, ut etiam quando à Sanctio diſſentire, aut ejus quacunque de re ſententiam refutare viſum fuit faciendum, vix unquam omnia æque Auctorum loca ab eo ſecundum iſtam ſententiam male explicita, vel ſimil ad partes unā diſſertatione vocaverim, vel per ſingulaſ paginas aliter exponenda monuerim, ſed reliquerim potius pleraque Lectorum arbitrio, qui mea iſtic cum Sanctianis comparare ſuſtinuerint. Verum ita,

inde inſi
adēm
tur, q
lentia ie
nemoriam
Verum,
tula, prout
ſ confide
in pleril
ſecellſiſ
, & ſati
r. Quod
o vel cui
o periorum
guſ Lai
nt, ratio
erit. Qui
ſ & diſci
onſuſlant
uſ culpe
rem, aut
n. Nam
an etiam
d que ple
n pondere
effe ullus
que ideo
n Liegu
am, aut
veracu
cile cre
, non
eſtatiuo
& alias
ſlim do
is voca
co eam
At not
hic

PÆFATI O.

ita quamvis sœpe sic fatis prolixæ evaserint Animadversio-
nes nostræ , vereor tamen , ne nimis aliquando in verbis
brevitati studuerim , & sic dum brevis esse labore , obscu-
rior alicubi sim factus . Quod tamen si quando evenit ,
evenit certe præter meam voluntatem & opinionem , ut
qui ipse aliis in scribendo nihil antiquius aut studiosius com-
mendem , quam ut primam dent operam perspicuitari . At-
que adeo neque in his sperem aut rear , quenquam attentum
fatis Lectorem facile usquam prorsus adhæsurum , Quod
superest , quicquid tamen in Grammaticis hisce disquisitio-
nibus desiderari deinceps cognoscam , sed & eas ipsas forte ,
in idoneum magis ordinem digestas , secundis aliquando cu-
ris , siquidem publicum ab iis saporem non plane abhorrere
intelligam , lubens emendabo . Vale Benevolè Lector , &
studiis meis , tibi defervire gestientibus , si videtur , fave .

A D